Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26419
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ecclę possit fieri. sic in romana sol et
fieri eccla. Rabbanus in lib. de in
stitutione clericorum. Ex hoc iam dicuntur
super eum orationes. ut fiat catecuminus.
tunc datur baptizando sal benedictum
in os. ut per sal typicum sale sapien
tię conditus fetore careat iniquitatis.
et ne auiciis peccatorum ultra putrefiat.
sed magis illesus seruetur ad maiorem
lvii Quid signum exsuf flatio in bapt. gratiam percipienda. Beda super libr
regum. Sal celestis sapientię quo
inmutantur cathecumini in cunctis
operum nostrorum sacrificiis offerre iubemur.
De institutione clericorum lib. i.
Postquam se baptizandus per confessionem
uerę fidei in altari commendauit dominium. et per
abrenuntiationem a priori possessoris
alienauit se seruitio exsufflatur ab
eo seua potestas. ut per sacerdotis mini
lviii Quid signum signa culum crucis in fronte. sterium spiritui sancto cedat fugiens ma
lignus spiritus. Rabbanus de institutione
clericorum. lib. ii. Postea signatur bapti
zandus signaculo crucis tam in corde
quam in fronte. ut apostata diabolus in
uase suo pristino intemptationis cog
noscens signum iam sibi deinceps illud
sciat esse alienum. Rabbanus in eodem.
De hinc iterum exorcizatur diabolus.
ut sua nequicia cognoscens iustum super
se dei iudicium timens recedat ab ho
mine. nec iam eum arte sua subuertat.
ne baptismum consequatur. sed creatori suo ho
norem exhibens reddat opus domino facto
ri suo. Greg. in omelia. xx. iiii. Sa
cerdotes cum per exorcismi gratiam manum
credentibus imponunt. et habitare
malignos spiritus in eorum mente contradicunt
quid aliud faciunt nisi demonia eiciunt.
Rabanus in eodem lib. Quare tangun
tur ei nares et aures cum saliua.
lvi Postea tanguntur ei nares et aures cum
saliua. et dicitur ei uerbum euangelicum. quod ihc
quando surdum et mutum curauit tangens
cum sputo linguam eius. et mittens digi
tos in auriculas eius dixit. Effeta quod
est adaperire. hoc enim sacramentum hic agitur.
ut per saliuam typicam sacerdotis et tac
tum. sapientia et uirtus diuina salutem
eiusdem catecumini operetur. ut aperiantur
ei nares ad accipiendum odorem noti
cię dei. et aperiantur ei aures ad audien
dum mandata dei. sensusque in intimo cor
de respondendum. Ambrosius de sacramentis.
tractatu. i. Propter gloriam muneris et operis
nos tangit episcopus sed nares. ut bonum
odorem accipiat pietatis eternę.
Quare unguntur in pectore et inter scapu
lx las. Rabanus. Deinde a sacerdote muni
tur. ut sacrum baptismum cum fide ac
cepta custodiatur. Vngitur illius tunc pectus
de oleo sanctificato. cum inuocatione
trinitatis. ut nullę reliquię latentis
inimici in eo resideant. sed in fide trini
tatis mens eius confortetur. Vngitur et inter
scapulas de eodem oleo. ut undique
muniatur. et ad bene operandum per dei gratiam
roboretur. Ambrosius. De sacramentis tractatu. i.
Venisti ad fontem ingressus es. considera
quid uideris. quid locutus sis. repete diligen
ter. occurrit tibi leuita. occurrit
tibi presbiter. unctus es quasi ad leta xpi. ad
baptismum catecuminus accedis.